

## Band XI., Nr. 5136, Seite 145

*Urkunde über mehrere Jahrzeitstiftungen im Kloster Adelberg.*

Adelberg, 1298. Juni 1.

In nomine domini. Amen. Ea que fiunt in tempore ne simul cum tempore pertranseant, expedit ea scripturarum ac testium subsidiis adiuvari. Cuius rei causa noverint universi tam presentes quam futuri, ad quorum notitiam littere presentes pervenerint, quod dominus de Gerstetin duas libras Hallensium, domina de Rösenstân I libram et V solidos Hallensium, domina de Horninggen<sup>1</sup> unam libram Hallensium, item soror domini prepositi H. in Madelberch partem vinee, quod vulgaliter dicitur ân morgen, situm in monte Synche dictum am Stige iuxta Schörndorf ex pie devotionis affectu, quem erga conventum ecclesie Madelbergensis specialiter habent, pro remedio animarum suarum bona memorata solvenda in pitantiam dominorum supradictorum annuatim utenda tenenda perpetim libere contulerunt. Loca igitur in quibus census predictos valeant domini memorati omni occasione remota habere annuatim duximus specialiter nominare: in Bertenanch<sup>2</sup> H. dictus Rex X solidos Hallensium, Size Slierbach unam libram Hallensium et III solidos, item Albertus Episcopus XIX solidos, item Rûgerus dictus Wagener XIII solidos, item in civitate Schorndorf de predio dictum Mûtelin situm iuxta fluvium Rames I libram Hallemsium. Ut autem testamentum iam dictum valeat inviolabiliter permanere, presentes litteras exinde confectas sigillorum venerabilium dominorum de Ursperch, Roggenburch, Madelberch prepositorum duxit conventus prefatus in Madelberc munim[in]e roborandas. <br> <br> Datum et actum in ecclesia Madelbergensi, anno domini MCC nonagesimo VIII., in die sancte trinitatis.

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> Siegel abgegangen.

---

<sup>1</sup>Herrlingen.

<sup>2</sup>Börtlingen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

A 469 I U 74

**Regesten:**

Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 74.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Adelberg

**Aussteller:**

Adelberg; Kloster

**Ortsindex:**

Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)<br> Adelberg - Kloster, Adelberg, GP<br> Börtlingen Wohnplatz (604)<br> Börtlingen, GP<br> Gerstetten Wohnplatz (4051)<br> Gerstetten, HDH<br> Herrlingen Wohnplatz (17017)<br> Herrlingen, Blaustein, UL<br> Heubach AA<br> Heubach Gemeinde (4545)<br> Roggenburg, NU<br> Schlierbach Wohnplatz (820)<br> Schlierbach, GP<br> Schorndorf Wohnplatz (1569)<br> Schorndorf, WN<br> Ursberg, GZ